



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 87. Ejusdem Legati adventus in Aula Imperatoris Sinensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

§. LXXXVII.

Sæc. XVII.  
A. C. 1705.

*Ejusdem Legati adventus in Aula  
Imperatoris Sinensis.*

Interim Turnonius hoc anno die octava  
Aprilis Manila Cantonium Provin-  
ciæ Kuang Tung Metropolin attigit,  
moxque Patri Beauvillerio Sinensium  
Jesuitarum Procuratori exposuit, quod  
controversia circa ritus Sinenses Romæ  
contra ipsos decisa sit, proin consul-  
tum foret, ut ipsimet ultro ab horum  
rituum usu abstererent, eoquod Pon-  
tifex Societatis honori ac famæ consul-  
turus, Bullam, qua hosce ritus pro-  
scripsit, nunquam publicæ luci daturus  
sit: Verum Jesuitæ, ut ait P. Gonza-  
lez in sua relatione, quam Romæ jussu  
summi Pontificis edidit, in cunctis Mis-  
sionibus divulgant, Romæ decisum  
esse, quod controversi ritus nullatenus  
superstitiosi forent: idem P. Lainez ad  
P. Spiritum Ord. S. Francisci Missiona-  
rium die tertia Februarii hæc rescripsit:  
*Turnonius, priusquam Ponticherio disce-  
deret, urgente me, & PP. Tachard, Breuille,  
& Bouchet diserte censuras sustulit, &  
mihî exhibitum est, Clementis XI. oracu-  
lum vivæ vocis, quo ritus & consuetudines  
in Societatis Missionibus usitatæ ad facili-  
tandam Gentilium conversionem permittun-  
tur.*

*Gonzalez  
Relat. de la  
Perf. de la  
Chine. p. 21.  
Relat. mort.  
Turn. p. 7.  
Lucini l. c.  
pag. 9.*

*Hist. Eccles. Tom. LXVII. X tur.*



Sæc. XVII. A. C. 1705 tur. Paulopost Cang - Hi Sinarum Imperatori nuntiatum est, summi Pontificis Legatum ad Urbem Cantoniensem adventasse: mox igitur Imperator hunc Legatum summo honore ac reverentia ubique excipi, ac Regiis sumptibus ad Aulam adduci iussit, transmisso ad Urbem Gubernatores hoc mandato: *Tibi (\*) Vir Spiritualis, cum Religionis negotia examinaturus veniat, non autem Regibus Occidentalis Maris ad tributum persolvendum missus sit, nostris huiusmodi vestibus induatur. Ad supremum Praesidium Zum Tum, & Pro - Regem mittatur literæ, ut eum honorifice suscipiant, & naves ac necessaria ministrent, celeriter que faciant, eum in Regiam deportari. Hoc nostrum decretum Regium Europæ, qui morantur in Aula, monstratur, ut illi perpendant, siquidem ita fieri expediat. Tibi Heschgen (\*\*\*) quamprimum lingua Tartarea epistolam scribe, & supremi Praesecti, ac Pro - Regis Filiis seu Fratribus eam trade, illius exemplar unum ad ipsos alterum ad Nos ablegetur, si aliud quid hoc occurrat, ociissime renuntia, & ipsa nostra præstolare.*

Verum

(\*) Hoc erat nomen Sinicum Turnonii Patriarchæ Antiocheni.

(\*\*) Hoc nomen erat illius Mandarinum, cui hoc negotium ab Imperatore demandatum erat.



Æc. XVII.  
A. C. 1765.

Verum Turnonius ad Indiarum o-  
ram appulsus, cum jamjam anno priori,  
ac rursus hoc anno Pekini apoplectico  
assultu pressus decumberet, has ad  
Imperatorem literas dedit: „Cum ex  
„beneficentia Vestræ Majestatis Honor  
„mihi obtingat, ut liceat, imo jussu  
„suo, debeam, scriptotenus repræsen-  
„tare, quæ viva voce, coram exponere,  
„in votis & mandatis habeam, nisi me,  
„obstinatæ dispositionis meæ misera con-  
„ditio, tantopere desiderato a me bono,  
„hactenus privasset. Regiæ suæ præ-  
„sentia me Personaliter sistendi, id-  
„circo prævia profunda reverentia,  
„quam debeo tantæ Majestati, hucus-  
„que tantum mihi cognitæ ex fama pu-  
„blica, communi applausu, & vel ma-  
„xime ex a me perceptis, summæ suæ  
„Munificentia, qua me prævenit, ex-  
„perimentis, dico, quod Sanctissimus  
„Dominus Noster Clemens XI. summus  
„Pontifex, & omnium Christianorum  
„universalis Pater: Posteaquam propria  
„solicitudine Pastoralis, pro sui gregis  
„spirituali Salute, motus, animo fixum  
„habuit, in has omnes extra Europam  
„sitas regiones Orientales, unum a-  
„mandare Visitatorem, qui Nomine  
„ipsius perquireret, ac perspiceret spi-  
„rituales hujus novæ sœculi suæ ne-  
„cessitates; eique provideret; qui bono  
„ani-

X 2

„ani-



Sæc. XVII., animarum promovendo intenderet,  
 A. C. 1705., ac super spiritualibus illis adjumen-  
 tis ipsam Sanctitatem suam probe in-  
 formaret, ejusdem paterna Charitas,  
 etiam eminus dispensare parata est,  
 me, licet indignum, tam excellen-  
 sanctique propositi sui, ab omnibus  
 Europæ Principibus ac viris honoratis  
 generali applausu commendati, dele-  
 git executorem. Inter cætera veni-  
 jussa, quibus me dignatus fuit, spe-  
 cialiter dedit in mandatis, ut appu-  
 sus in hoc vastissimum Sinarum Im-  
 perium cuicumque alteri potentia su-  
 perius, procurarem habere accessum  
 ad pedes Vestræ Majestatis, & No-  
 mine suo ipsi exponere vivos affectus  
 æstimationis, amoris, & gratitudinis  
 quibus erga Personam Majestatis sue  
 fertur, non solum propter frequentes  
 relationes sibi factas, uti etiam, de  
 litteratura, & affabilitate hujus na-  
 tionis tantopere deprædicatæ, eo  
 quod per leges sub supremo Sapien-  
 tissimo regimine Vestræ Majestatis con-  
 ditas, ad virtutis cultum adeo bene  
 dirigatur, & indispensabiliter oblige-  
 tur; sed multo amplius propter nota-  
 tias sæpe sæpius acceptas de summa  
 Clementia, qua Vestra Majestas S-  
 Evangelii Ministros a longinquo ad-  
 ventantes, suscipere, & tractare digna-  
 tur.



„tur, ipsisque veræ legis Divinæ præ- Sæc. XVII.  
 „dicationem permittere. Inde namque A. C. 1705.  
 „est, quod mihi Sanctitas sua impense  
 „commendaverit, ut suo Nomine Ma-  
 „jestati Vestræ pro tanta benignitate,  
 „enixissimas referrem gratias, & quod  
 „Imperialis Personæ suæ salutem sibi  
 „propriam faciens, Deum incessanter  
 „oret, pro diuturna conservatione, &  
 „maxime perfecta prosperitate Vestræ  
 „Majestatis. „

„Tenerrimos certe affectus summi  
 „Pontificis Nostri erga Majestatem Ve-  
 „stram pro nimia temporis moderni an-  
 „gustia, neque calamo circumscribere  
 „valeo, neque verbis explicare. Spero  
 „nihilominus futurum, quando mihi  
 „honorifica fors obtigerit, coram Im-  
 „periali suo solio Majestati Vestræ me  
 „inclinandi, ut ad plenam ipsius per-  
 „suasionem, quæ circa prædicta certo  
 „mihi cognita sunt, latius exponere  
 „queam. Ut vero interim suis Impe-  
 „rialibus jussis quadantenus obediam;  
 „subjungo, tantam esse suæ Sanctitatis  
 „solicitudinem pro salute, & incolu-  
 „mitate Vestræ Majestatis, ut desideret  
 „cum hac sua imperiali Aula literarium  
 „habere commercium, quo valeat de  
 „tempore in tempus certam adipisci  
 „notitiam de prospero statu Regiæ suæ  
 „Personæ, & earum rerum, in quibus

X 3 foret



Sæc. XVII. „foret possibile gratificari suæ Majestati,  
 A. C. 1705. „ejusque vota prævenire potius, quam  
 „excipere; ad illum porro finem, appri-  
 „me conduceret, ut esset hic loci de-  
 „stabilis constituta persona, præpollens  
 „prudencia, integritate, ac Doctrina  
 „simulque insignita caractere Superio-  
 „ris omnium Europæorum, quæ pro-  
 „inde posset satisfacere desiderio sua  
 „Beatitudinis ad servitium Vestræ Ma-  
 „jestatis, & ad rite ordinandam hanc  
 „Missionem, cui Vestra Majestas sua  
 „patrocinio, & Charitatis, tam exem-  
 „plo, quam affectuosis documentis,  
 „continua præstat fomenta. Hæc sunt  
 „quæ occurrunt mihi, in compendio  
 „Vestræ Majestati humiliter repræsen-  
 „tanda ea promptitudine, quam sua  
 „jussa suprema exigunt, & eo langu-  
 „dæ manus conatu, quem debiles meæ  
 „vires per longam infirmitatem exte-  
 „nuatæ permiserunt; sed confusus ani-  
 „mo generoso Majestatis Vestræ, qui  
 „novit, minimos etiam obedientiæ actus  
 „sibi exhibitos ad gradum meriti sub-  
 „limare, & excelsæ suæ mentis intel-  
 „ligentia ex paucis verbis compren-  
 „dere, & comprehendendo penetrare  
 „cor illius, qui gratiam suam sibi fa-  
 „tagit exorare; spero nihilominus fore  
 „ut dignetur compati mihi, meque be-  
 „nigno consolari rescripto.”

§. LXXXVIII



Sæc. XVII.  
A. C. 1705.

## §. LXXXVIII.

*Patris Lainez liber, ejusque fata.*

Non modo P. Lainez, sed etiam PP. Barcos, & Beauvillerius ex Aula Pechinensi Romam contenderunt, ibidem rituum Sinensium causam contra Turnonii decretum propugnaturi. At tamen, licet seorsim binis navibus vererentur, ambo tamen naufragio facto perierunt: Eo nihilominus, velis remis & vento pariter colludentibus, P. Lainez Romam Anno hujus sæculi septimo appulsus est: Verum jam antea Clemens XI. Pontifex die septima Januarii Turnonii decretum examinari, ac mature discuti, ac demum illud publice approbari jussit, edito hoc decreto: „Sanctissimus auditis votis DD. „Card. dixit, rescribendum esse dicto „Patriarchæ, commendando illius prudentiam, ac Zelum, & quod exacte „observari debeant ea omnia, quæ in „Decreto suprascripto fuerunt ab ipso „præscripta, donec aliter a Sede Apostolica provisum fuerit. -- Quo vero „ad quæstionem de quibusdam . . . . „qui in eisdem regionibus vocantur: „Parreas . . . . sanctitas sua dixit, quod „separatim examinari debeat.”)